



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

Reverendissimo Et Illvstrissimo Domino.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO  
DOMINO.

D. BERCHTOLDO, COMITI  
A Königs Eck / ET Rotenfels / DOMINO IN  
Aulmory & Stauffen / METROPOLITANÆ, ET ILL.  
COLLEGIATÆ S. GEREONIS COLONIENSIS:

Nec non

CATHEDRALIVM CONSTANTIENSIS, VERDENSIS,  
COLLEGIATARVMQVE SS. GORGONII HVLGAR-  
dienf. & JOAN. Euangelistæ Hoxemer. Ecclesiarum respectiue  
Scholattico, Theaurario, Decano, Canonico  
Capitulari, & Præposito &c.



ENIO, Reuerendissime & Illustrissime Domine, ad  
aras mansuetiorum Musarum tuarum, cum quibus à  
puero in vnum & ornamentum Militantis Ecclesiæ Ca-  
tholicæ es educatus, vnà cum Reu.<sup>mo</sup> & Ill.<sup>mo</sup> Fratrem tuo  
Metropolitane itidem & Illust. Collegiæ S. Gereonis  
Coloniens. nec non Cathedr. Saltzburg. & Augustanæ  
Ecclesiarum respectiue Subdecano & Canonico Capitulari; supplexque  
venio, facturus id, quod R. P. Henricus Philippi è Soc. Iesu, bonæ memo-  
riæ S. Regiæ Maiestati FERDINANDO III. à Confessionibus, exquisita-  
rumq; scientiarum informationibus, Patronus & amicus meus optimus,  
exequi viuis statuerat; iam tum, cum præ sente FERDINANDO II.  
Romanorum Imperat. Augusto (nunc cum ingenti bonorum omnium  
mœrore è viuis sublato) primam Deo hostiam 21. Aprilis die, Anno  
Domini 1636. Olympiadis 603. Anno tertio desinente, litares. Rem ex-  
plicatus tradam. Tractatum de OLYMPIADIBVS Author ipse  
Questionibus Chronologicis in Biblia adiungi voluit, & Reuer. Illust.  
V. D. gratulationis vice offerre; verum cum ille inuidâ præuentus mor-

P.  
H. Philippi

Chronolog  
vet. Testam

A IV

17 a

EPIST. DEDICAT.

4  
te præstare id sit prohibitus, existimaui hoc officij genus haud  
mihi prætermittendum esse, tum ne prædicti Patris in Reu.  
D. V. obsequia ignota delitescere paterer, tum verò etiam, ut  
postremus fortè omnium, quanta possem animi propensione  
Sacerdotij honorem Reuer.<sup>mz</sup> Illustrissimæq; V.D. gratularer  
euenire totis præcordijs exoptarem. Magna est enim proflua  
Chrysofino) magna inquam, imò maxima dignitas S.A.C.E.  
TVM. Non enim Homo, non Angelus, non Archangelus  
alia creatura, non Virtus, sed ipse Spiritus sanctus hoc munus  
atque adhuc manentes in carne, ministerio fungi prælitit Angelus  
Hoc est, quod in Te, Legationibus Illustr.<sup>mi</sup> Cathedralis Capiti  
Ioniensis laudabiliter occupato, sum me venerata est Vienna  
dauit nouissima Comitiorum sedes Ratisbona; quodq; iam  
mirabunda congratulatur, collaudatq; nostra Vbiorem  
Agrippina. Et quia hunc meum gratulantis animum testari  
possum, pro me inter omnium manus loquatur Liber iste, quem  
ni R.<sup>mz</sup> Illustr.<sup>mz</sup> V.D. inscriptum studia mea atque officia  
stringor, per omnium ora atque oculos circumferri volo: hoc  
obnixè rogans, ut eâ, quâ pollet plurimum humanitate, obsequi  
quamuis perillustri sua dignitate longè inferiora, suscipiat, nec  
metiatur pretio, sed offerentis multò magis affectu, officio obsequi  
landi obsequio. Quod cum affectus fuero, maximi loco  
putabo. Interim Te Reu.<sup>me</sup> ac Illustr.<sup>me</sup> Domine Deus, Super  
Religioni, Virtuti, mihi, bonisque omnibus incolumem præ  
diuturnum, Ita vouebam Anno reparatæ salutis clp. Inc. xxxiii.  
B. Virg. Mariæ Annunciatæ.

Reuerend.<sup>mz</sup> & Illustriss.<sup>mz</sup>

D. V.

humilis cliens & seruus

IOANNES KINCHT  
Bibliopoli Coloniensis